

Off. sg. 4.

Q. B. F. E. F. Q. I. E. D
PRAEMISSA AD HOS. II SEGM. XXI
VOCABULL. ΠΡΟΣ ΕΤ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΣ EX
PLICATIONE

XXI

OMNES MVSARVM PATRONOS
FAVTORES, AMICOS

A D
ORATIONEM

D E
ANNVNTIATIONE DIVINI NOSTRI SPON
SORIS RECENS NATI PER ANGELOS FACTA

A B
JOANNE CHRISTIANO FROMMANNO

SCHERNECCA - FRANCO

IVVENE THEOLOGIAE STVDIOSO INGENII FELICI
TATE, MORVM VRBANITATE ATQVE IN ADDISCE
DIS BONIS ARTIBVS DISCIPLINISQUE DILIGEN
TIA ET ASSIDVITATE QVAM MAXIME
COMMENDABILI

FER. I. NATIV. CHRISTI MDCCCLXXXI

HABENDAM
QVA DECET OBSERVANTIA

INVITANT

DIRECTOR

ET

RELIQVI PROFESSORES

COBURGI

FORMIS AHLANIS

Psl. 112, 3 et 9 eadem verba de homine pio dicuntur, quae Ps. 111, 3 de ipso Deo legimus. **Hic** igitur **innocentia** significatur, praesertim quum segmento 10. **רַשְׁעַ** siue **nocens** opponatur. **אֶקְרָבָה** Atque **innocentia** eius, hominis pii, bonis operibus atque eleemosynis demonstrata, persistat in aeternum. Chaldaeus itidem ponit **וּכְתִּיתֵּה** atque **innocentia** eius. Flaminius Nobilis quidem ex Chrysoftomo annotauit, alios Graecos interpres aliter scripsisse, his verbis: "Alius ἡ ἐλεημοσύνη, misericordia, aliis ἡ φιλανθρωπία, humanitas et clementia." Sed hos ex sententia Iudeorum recentiorum transtulisse credo. Hieronymus adiecit: "Inflititia eius manet in seculum seculi, hoc est, opera illius ipsa permanent." LXX. transtulerunt, ἡ δικαιοσύνη αὐτῷ μένει εἰς τὸν αἰώνα τὸν αἰώνας, quam lectionem etiam habet Theodoretus, nomen δικαιούμενος non ad homines pios, sed, ut Psalm. 111, 3, ad ipsum Deum referens, atque ad Psalm. 112, 3 adiiciens: Ἀλητον γὰρ ὁ τῶν δλων Θεὸς ἔχει τὴν μνήμην, νεψ δέμηντον αὐτῷ διαφυλάττει τὸ πλέον. Indelebile enim uniuersorum Deus tenet memoriā, ac perpetuo celebrandam suam tuerit gloriā. Idem Theodoretus ad Psalm. 112, 9 δικαιοσύνη eo accepit intellectu, quo ab Iul. Polluce lib. I c. 6 segm. 52 p. 34, δικαια ἡ γῆ περὶ τὴν Οραῖαν appellatur, iustitellus in annona, qualis esse debet, quae laboribus agricolarum respondeat, scribens: Εσκόρπισεν, ἔδως τοῖς πένησιν ἡ δικαιοσύνη αὐτῷ μένει εἰς τὸν αἰώνα τὸν αἰώνας. **תְּבָתָן**

ηκαῖον διδασκαλίαν ὀρετῆς τοῖς θελομένοις προσφέρειν. Λέγει δὲ ὅτι ὁ τῇ ἐνλαβεῖσα καὶ τῷ Θείᾳ Φόβῳ κοσμόμενος, ἡχ ἀπλῶς τοῖς δεομένοις ὀρέγει τὸν ἔλεον, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς φιλοτιμίας τέτοποι, καὶ μιμεῖται τὰς σπείσοντας αἰφεῖδας τὰ σπέρματα καὶ σκεδανύοντας, διὰ τὴν τῶν δειγμάτων ἐλπίδα. Παρεπληρίως γάρ καὶ ἔτος τῆς δικαιοσύνης προσμένει τὸ κέρδος. Sparfit, dedit pauperibus: iustitia eius perstat in aeternum. Quarum enunciationum vtraque admonitionem virtutis volentibus afferit. Monet autem, pietate atque erga Deum reverentia ornatum, non temere egenis erogare spitem, sed magna hoc facere cum aemulatione, atque imitari ferentes largiter semina et spargentes, ob spem manipulorum. Similiter etiam hic lucrum exspectat insummum. Ne Ezrides quidem ad Ps. 112, 2. 3, agnoscat eleemosynae significatum, scribens: הַחֵן שִׁישׁ לֹא לְאַלְפָיָה מִלְתָּא בְּחַמֵּס וּוּלְךָ בָּצְרָק עַל כִּנְזָבְדָּיו: עֲשֵׂהוּ חַמֵּס וּוּלְךָ בָּצְרָק עַל כִּנְזָבְדָּיו: Opes quae ei sunt, non paravit cum crudelitate aut rapina, sed cum innocentia, propterea adiectum est: Atque innocentia eius. Idem ad segmentum 9. addidit: לא חֻכֶּר פְּעֻלָּת פּוֹגָם נִנְצָה כִּי רֹא נְרוּעָה מִלְתָּא לְאַבְיוֹנִים תְּווִיעָנוּ וְטַעַם צְרָקוֹתוֹ כִּי מַדְרָךְ צְרָק לְעֹזֶר כִּי גַּלוּ אֹו עַל דָּרָךְ וְצְרָקה תְּהִיה לְנוּ: Non commemorat jubileum verbi spargit, aut dat, quia hoc notum est, nam nomen pauperibus manifestum illud facit, atque intellectum innocentiae eius, aut sensu aequitatis, iuuando aequales, aut sensu innocentiae, ut Deut. 6, 25. Vid. supra § XXII p. XCII. Recentiorera eleemosynae significatum adhibuit Eques III. I. D. Michælis, transferens: Vnaufhörlich bleiben seine Almosen, atque addens: D. i. er bleibt so bemittelt vnd reich, dass er seinem guten Herzen folgen, vnd immer Almosen geben kann. Siche die Anmerk. zu dem 21sten vnd 26sten Vers des 37sten Psalms. Paulus quidem Apostolus per δικαιοσύνην innocentiam intellexit, loco enim hoc 2 Cor. 9, 9 allegato, segmento 10. adscripsit: οὐ δὲ ἐπιχοηγήων σπέρματα τῷ σπέρματος

CLII f. XXVIII. Psalm. 112, 3 et 9 exponitur.

τι, καὶ ἔτον εἰς θεῶν χορηγόσθαι, καὶ πληθύνει τὸν σπόρον ὑμῶν,
καὶ ἀνέργατα τὰ γεννήματα τῆς διαιστύνης ὑμῶν. Qui autem
suppeditat semen serenti, panem etiam ad cibum praebeat, et
multiplicet segetem vestram, atque angeat fructus innocentiae
vestrae. Quemadmodum igitur ſēges cum pane conuenit, sic
τὰ γεννήματα τῆς διαιστύνης ſive fructus innocentiae ſemini re-
ſpondent, id est eleemosyna. Eleemosyna ergo ex ſenten-
tia Pauli ſunt fructus innocentiae, quam fide Deo et Christo
habita conſequimur, ut alias idem docet gentium aposto-
lus. Διαιſtύνη itaque hoc etiam loco haudquaquam ele-
mosynam, ſed innocentiam ſignificat. Cui interpretationi
verba fauent ſegmento 11. addita: ἐν πάντι πλειστέμενοι εἰς
πάσαν ἀπλότητα. In omni re ditati ad omnem munificen-
tiam. Priora ergo verba, in omni re ditati ad ſegetem per-
tinent et panem, posteriora autem verba respondent ſemini
et fructibus innocentiae, id est eleemosynis. Eadem via et
ratione haec nomina interpretatur Theodoretus: Σπόρον μὲν
τοι πάλιν τὴν ἐνποιητὴν ἐπάλεσε γεννήματα δὲ διαιſtύνης, τὴν ἐκ
τάντης βλαστάνθαν ὡφέλειαν ἀπλότητα δὲ τὴν φιλοτιμίαν· ὁ
γάρ λογιſμοῖς περιττῶς πεχημένος, τῆς σμικρολογίας τὸ πάθος
εἰδεῖχεται. Segete iterum beneficentiam indicat: fructibus
autem innocentiae, utilitatem ex hac ortam, et simplicitate mu-
nificantiam: qui enim nimis indulget conſiderationibus, affe-
ctum ſordidae affumit parsimoniae. Varians lectio, quam
Gerhardus de Maſtricht ex codice Lincolnienſe afferit: τὰ
γεννήματα τῆς διαιſtύνης, eft interpretamentum, quod aliquis
margini alleuit, atque iuftam reclamique honorum ecclefiae ad-
ministrationem, eiusque fructus intellexit. Nemo igitur ex
numero veterum interpretum διαιſtύνην per eleemosynam
explicuit. Quae Drufius pro eleemosyna et beniginitatis ſi-
gnificatu afferat loca, Hos. 10, 12; Iοel. 2, 23 et Mal. 3, 20
deinceps explicabuntur, nam de Psalm. 24, 5 et 103, 17 iam ſu-
pra egimus, p. CXXX et p. CXLVII. PL

Ps. 116, 5: *Indulgens est Iehouah atque innocentes absoluens.* Chaldaeus habet זְנַחֲתָךְ atque innocens, videlicet index. Quanquam hoc vocabulum interiectum est illis indulgentis ac misericordis, nemo tamen veterum bonorumque interpretum de benigno hic cogitauit aut benefico. Hieronymus quidem adscripsit: "Misericors est dominus, sed "noli esse negligens, sequitur enim, et iustus." Theodoretus autem addidit: τας γαρ της ἐλέες πηγας τοις ἀνθεστοις περσχέει ἔχει δέ και δικαιοσύνην, της αδικητας πολάζει μεταμελεῖα χειραδας μη θελομένης. Δις μέντοι της ἐλέες μνημονέσσας, ἀπαξ της δικαιοσύνης ἐμήθη, νυν γαρ η της Θεᾶς φιλανθρωπία της δικαιοσύνης την ΦῆΦον. Misericordiae enim scaturigines in homines infundit: vivit vero etiam iustitia, nocentes puniit resipiscere nolentes. Bis tamen misericordiae mentionem facit, sēmel autem iustitiae commemoratur, superat enim Dēi benignitas iustitiae sententiam. Eques Ill. I. D. Michaelis conuertit: Iehonah ist gnädig und gerecht. Ezrides adiecit: יְהוָה רַא הַשְׁמֹרֶר יְהוָה atque innocentes absoluens, nam poëta reueretur Deum. Etenim innocentes solos absoluens Deus punit etiam nocentes.

Ps. 119, 40. *Iustitia tua innocentes absoluente, siue aequitate vitalem me redde.* Arabs ponit בְּעִדָּלָךְ aequitate tua. Vulgatus interpres Latinus habet: *In aequitate tua vindicata me.* Hieronymus quidem aequitatis notionem alio detorquet, adscribens: "Vnum est, domine, tuae miserationis dominum, vt eloquia sancta custodiens, in tua aequitate viuiscetur, hoc est, cum aequali Patri Spirituique Sancto fatemur." Theodoretus adiecit: ἀληχαμένη παραστάς τὴν ἑν δικαιοσύνην. Volenti praeebe vitam innocentem. Vatablo hic assentire nequeo addenti: "In iustitia tua recrea me, in absoluta illa bonitate tua. Hoc enim vox Hebraea פָּרָא fac-

CLIV § XXVIII. Psalm. 143, n expositur.

“saepe significat.” Eques III. I. D. Michaëlis conuertit: Erhalte mich nach deiner Gerechtigkeit.

Pf. 143, II: *Per iustitiam tuam innocentes absoluenter* f. *aequitatem, educas ex angustia animum meum.* Chaldaeus habet בְּצִדְקָתֶךָ atque in Biblis Regiis בְּצִדְקָתְךָ legitur. Graecus quidem translulit, ἐν τῇ διαισθήσῃ σέ, ad quem Flaminius Nobilis, adscriptis: “*Chrysostomus:* alias, ἐν τῇ ἐλεη-“μοσύνῃ σέ, in misericordia tua.” Eandem translationem teste Montefalconio vnu Regius tribuit Symmacho. At Theodoreto ista posterior translatio tanti non fuit, ut eam adduceret, ad priorem enim adscriptis: Εὐό γαρ καὶ τοῖς πολεμίοις δικάστας, δικαίος τῶν ὑπ' ἔξινον ἐπαγγελέων ἀπαλλά-“ξεις με συμφορέων. Mihi enim et hostibus ius reddens, cum ae-“quitate ab ipsis illatis me liberabis calamitatibus. Latini in-“terpretes versti conuerterunt, teste Sabatiero, vel in aequi-“tate tua, vel in tua iustitia. Arabs habet حُدُوك per verita-“tem tuam, id est, per promissiones tuas verissimas. Eques III. I. D. Michaëlis transfert: Nach deiner Gerechtigkeit errette mich aus der Gefahr.

§. XXIX.

Διαισθήσην Gen. 24, 27, 32, 10. Exod. 15, 13, 34, 7. Prou. 20, 28 et Ies. 63, 7 exponitur.

Gen. 24, 27. *Tum precatus est, laudatus sit Iehouah,* Deus domini mei Abrahami, qui non priuauit אֱלֹהִים ἐγκατ-λίπε τὴν διαισθήσην ἀντε, pietate sua paterna, aut fide sua do-“minum meum. Reliqui interpres eodem modo conuertunt, ac Gen. 20, 13, § XXIV, praeter Samariticum, qui Chaldaeum imitatus, תְּבַוֵּחַ posuit, quod vocabulum Edmund. Castel-“lus in Lex. Heptaglott. col. 1460 et 1478 adscribere pre-“ter-

termisit. Flaminius Nobilis ad h. l. annotauit: "Apud
"Theodoretum est τὴν διαθήκην, testamentum." Editio
Theodorei Schulziana dedit διαισθήνην, ubi Tom. I. p. 88
adscribitur: "Codex Augustanus et edit. Io. Pici, quae Pa-
"ril. 1558. 4. prodiit, διαθήκην. Le sonem Sirmond. tue-
"tur Cod. Alex. et Vaticanus." Sed lectio Sirmond. δι-
αισθήνη, reperitur etiam in Cod. Complut. Oxon. et Ald.
ed. teste Lamberto Bosio ad h. l. Quod autem in Complu-
tense codice legitur τὴν διαισθήνην στοιχ., librariorum hoc puto
esse peccatum. Vulgatus conuerit per misericordiam sed
melius Agustin. Locut. 81, teste D. P. Sabatier ad h. l. ha-
bet, quoniam non dereliquit iustitiam. Vid. quae supra sunt
annotata ad Gen. 19, 19 § XXIII. Eques ill. I. D. Michaë-
lis transtulit: Dessen Gnade vnd Treue meinen Herrn nicht
verlässt.

Gen. 32, 10. Minor sum omni חסידות διαισθήνας pie-
tate paterna omnique fide, quam praefuisse ministro tuo.
Chaldaeus conuerit: Minora sunt merita mea omni חסידין
pietate paterna, omnique טבָנָן benignitate, quam exhibuisti
ministro tuo. Graecus transfert: ικανόθω ἀπὸ πάσης διαισ-
θήνης. Verbum ικανόθω corruptum esse, vel ex variis eius
apparet lectionibus. Codex enim Alex. et ille Claud. Sar-
rauii habent, ικανάται υἱοι. In schedis Combeffisi legitur,
ικανάται υἱοι, atque in editione Aldina, ικανός ἐμοι. Aquila
ex coniectura Drusii ἔμπειρον, et Montefalconii conuerit
ἴστημενθην (pro ἔμπειρον, quod legisse videtur Procopius,
qui vertit, elongatus sum, quod idem esse puto atque ex-
tentae sunt opes meae, familia mea, greges mei) ὑπὲρ πάντας
ἐλέω, καὶ πάσην ἀληθείαν. Corruptio utriusque verbi ab inge-
nio Iudaico profecta esse videtur, cuius rei testis esse potest
Ezrides ad hunc locum adscribens: במו זם יבלתי וחתטם פחה

CLVI *scilicet XXIX.* *Διανοσύνη Gen. 32, 10 exponitur.*

פָּהוֹת אֲנִי וְקַטָּן עַד שְׁתַעַשָּׂה עַמִּי כָּל הַחֲסִידִים!
Sicut Gen. 30,
8, imo praeualui. Sensus autem est, minutus eram ego ac par-
vus, donec praeflares mihi omnem pietatem paternam. Grae-
cum igitur scripsisse puto μικρός εἰπει, alium ex sententia Iu-
daeorum alleuisse ἵναντος εἴπει, librarium, qui haec non intelli-
geret, posuisse, ἵναντος ἤδη μοι, ut Augustinus legisse videtur,
alium, qui has lectiones inter se conciliare vellet, finxisse
ἵναντος μοι. Hesychius quidem Tom. II. p. 35. ed. Albert.
ἵναντος exposuit per δινάρως, respiciens Hiob. 21, 15, vbi in
Aldin. edit. τῷ γένος respondet, pro quo vocabulo He-
braico alias saepe ἵναντος ponitur, v. c. Ruth. 1, 20. 21.
Ezech. 1, 24, in Codice Alex. vbi Aquila et Symmachus eo-
dem nomine vtuntur, Hiob. 31, 2. 40, 2. Idem Hesychius
Tom. II p. 1135 nomen Σαδδαιὲ explicuit per ἵναντος. Facile
ergo fieri potuit, ut ἵναντος a quibusdam de Deo intelligere-
tur et scriberetur ἵναντος ἤδη μοι, ex quo deinde effigi potuit
ἵναντος μοι, ut verba haec aliqua certe ex parte cum He-
braico conuenirent. Hieronymus in Quæstionibus
in Genesim ad h. l. adscripsit: "Minor sum omni misericor-
dia tua, et omni veritate tua, quam fecisti pro seruo tuo. Pro
eo, quod nos posuimus, minor sum, aliud, nescio quid,
quod sensum turbet, in Graecis et Latinis codicibus conti-
netur."

3d 6020 II

(2)

ULB Halle
003 772 209

3



TA 706

KM Wt.

B.I.G.

Black

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



Q. B. F. E. F. Q. I. E. D.
PRAEMISSA AD HOS. II SEGM. XXI
VOCABULL. ΣΥΝ ΕΤ ΔΙΚΑΙΟΣΤΗΣ EX
PLICATIONE

XXI

OMNES MVSARVM PATRONOS
FAVTORES, AMICOS

A D
O R A T I O N E M

D E
ANNVNTIATIONE DIVINI NOSTRI SPON
SORIS RECENS NATI PER ANGELOS FACTA

A B
I O A N N E C H R I S T I A N O F R O M M A N N O
S C H E R N E C C A - F R A N C O

I V V E N E T H E O L O G I A E S T V D I O S O I N G E N I I F E L I C I
T A T E, M O R V M V R B A N I T A T E A T Q V E I N A D D I S C L E N
D I S B O N I S A R T I B V S D I S C I P L I N I S Q V E D I L I G E N
T I A E T A S S I D V I T A T E Q V A M M A X I M E
C O M M E N D A B I L I

F E R . I . N A T I V . C H R I S T I M D C C L V X X I

H A B E N D A M
Q V A D E C E T O B S E R V A N T I A

I N V I T A N T

D I R E C T O R

E T

R E L I Q V I P R O F E S S O R E S

C O B V R G I

F O R M I S A H L A N I S